



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

Cap. XIV [i. e. XXIV]. Eius zelus & sollicitudo in promouendis studijs
humanioribus, & pia institutione tradenda

urn:nbn:de:hbz:466:1-43347

CAPVT XXIV.

EIVS ZELVS, ET SOLICITVDO
in promouendis Studijs humanioribus, &
bona iuuentutis educatione, ac do-
ctrina Christiana tra-
denda.



NVM ex ministerijs, quæ So-
 cietas in Collegio Metinensi
 & in multis alijs exercet, est
 illud, vt iuuentutem illius
 Reipublicæ doceat literas hu-
 maniores, hunc sibi scopum
 in eis constituens, vt simul cum
 ipsis literis iuuentutem doceat bonos mores: vt à
 tenera ætate incipiant seriò Deo seruire, pro vt
 veros, ac perfectos Christianos decet. Et quamuis
 P. Balthassar Aluarius propter Officiũ Rectoris,
 quod ipse gerebat, magna cura, ac Zelo curaret
 reliqua omnia ministeria Societatis propria, ex-
 actè perfecteque administrari, qualia sunt concio-
 nes, Confessiones, morituris adesse, spiritualia
 Exercitia tradere, Carceres & Hospitalia visita-
 re; & ipsas superiores Philosophiæ ac Theologiæ
 facultates, cum in suo Collegio docebantur, tra-
 dere: (vt paulò post videbimus, dum referemus
 quæ Salmanticæ gessit) sed maiori multò cura
 attendebat huic ministerio tradèdi humaniores
 litteras, quod etsi in oculis mundi non sit hono-
 rificum: apud Deum tamen est valde gloriosum;
 & Ec-

& Ecclesiæ, ac Reipublicæ Christianæ (cùm mor-
Societatis exercetur) est vtilissimum.

§. I.

CVRAM hanc & Zelum in tribus nomi-
tim rebus ostendebat. *Primum*, quòd valde
magni hoc ministerium faceret: ideo quò
debat, eandem opinionem, & æstimationem om-
nibus Societatis hominibus ita imprimere: ut ad
illud cum animi voluptate exercendum adspirarent:
eosque adiuuarent, qui re ipsa in eo iam occu-
parètur. Et quàmuis multæ grauesque rationes
eum finem a Doctoribus afferantur, tantùm his
insinuabo, quòd Pater Balthassar sentiebat, dice-
batque, exaggerans, quantum referat literarum
Eruditionem cum bonis moribus in tenera ætate
coniungere: tam propter ipsorum puerorum vir-
litate; quàm propter parentum, totiusque Reipublicæ
bonum. Nam pueris valde id expediret, quòd
& præsens & futurum eorum bonum ex eo
dependeat: illa enim ætas est instar mollis cere,
læuis tabulæ, aut chartæ mundæ; facile enim illi
imprimatur, quòd docentur siue in literis, siue in
virtute: idemque facilius postea conseruantur,
iuxta illud Poetæ: Quo semel est imbuta recens
seruabit odorem testæ diu: & illud Spiritus
sancti prouerbiũ: *a adolescens iuxta viam suam, etiam cùm senuerit non recedet ab ea.*
Corpus etiam ipsum multò aptius habent ad labores
& molestias tolerandas in ipsis studijs, & pœnas
propter ea subeundas: sunt etiam instar terræ
virginis, aut noualis, quæ primùm proficiuntur.

a *Prov. 20. 6*

ditur: cuius primi fructus sunt valde pingues & fertiles: & quamuis eueniat aliquando, vt ad eam virtutem negligant, facilius tamen ad eam redeunt: & sæpè memoria eorum, quæ in tenera illa ætate fecerunt, si ab eis adultiores degeneret, facit eos erubescere, & in seiplos reuersos, studiosius vitam instituere, cum facti sunt viri.

PARENTIBVS quoque expedit, vt filij studiosi educantur, vt bonam ipsis & pacatam adferant senectutem: quare ipsimet optare debent, & operam dare, vt tales haberent filiorum Institutores, qui ipsosmet parentes in hoc munere iuuarent: pudor enim est, quod parentes aded sint solliciti de honesta filiorum tractatione in cibo & vestitu; & vt communes statûs & gradûs sui mores imbibant, & humaniores literas discant: tantoque studio diuitias multas pro illis thesaurizent: tam parui verò faciant, quod studiosos mores non addiscant: quare vereri meritò possunt, ne pereant, grauemque ipsis senectutem adferant: quemadmodum panes, si, dum in furnum mittuntur, incuruentur: non est modus eos, postquam sunt cocti, rectificandi: & Sapiens dicit: *b qui delicatè à pueritia nutrit filium suum, postea sentiet eum contumacem.* b Prou. 29. 21.

REIPUBLICAE quoque valde interest, nã sapientes Studiosi fermentum sunt ciuitatis; & sal, quod illam à corruptione & periculis præseruat: *c vir pauper & sapiens (ait Ecclesia c Eccles. 9. 13) liberauit per sapientiam suam urbem ab hostibus vallatam.* Quam ob rem in vniuersale bonum Ecclesiæ & particularium Ecclesiarum decre-

Sess 23 c. 18. decreuit sacrum Tridentinum Concilium, (quod
Lateran. sub etiam statuerunt alia Concilia:) vt singulae Ci-
Leone 10. thedrales & Metropolitanæ teneantur Collegia
Sess 9. de Re aut Seminaria erigere, in quibus adolescentes
form. Colon. 12. iam annorum & ultra, educentur in litteris
Moguntii. & eruditione per aptos ad id muneris Magistros
 Huiusmodi etiam curâ cōmendarūt valde Platonem
 Aristoteles, alijque Philosophi gentiles in virtutem & bonum suarum Rerumpublicarum: Et
 Plutarchus præclarum edidit tractatum de bonorum
 filiorum educatione, in quo ait: quemadmodum
 statim atque nascuntur infantes, necesse est cor-
 poris membra benè componere vt recta & aqua-
 liter crescant: ita oportere eorum mores dirigere
 & componere, vt in bonos ciues eueadant.

HÆC summa est rationum, quibus P. Balthassar hoc ministerium valde commendabat, quod noster S. P. Ignatius diuino Spiritu impulsus toti Societati maiorem in modum commendauit: Vt autem cum maiori suauitate nostri illud exercerent, secū dum addebat, quod diximus excitando, & his alijsque rationibus animum addendo ijs, qui aut ad id muneris erant destinati, aut iam illi vacabant. Habebat enim magnam rationem commoditatum eorum, in omnibus locis publicis eos honore afficiebat: & quamuis inferiorum classium Magistri essent aliqui in Societate Tyrones, quos domi ipse mortificabat, in ecclesijs tamen ipsis eos coram discipulis honorabat, & volebat magni ab omnibus fieri, & vt par est aestimari: eò quòd labor illorum sit cum minori mundi huius applausu, sed cum maiori fructu. Et si, vt oportet, munus hoc præstent, plures animas le-

mas lucrantur, & ad Christum sequendum trahunt, quàm Concionatores eloquentia suarum concionum. Singularibus quoq; monitis, ac documētis eos instruebat, vt sua officia vtiliter præstarent; proponens eis ante oculos Societatis Institutum, & Scopum, quò illa tendit, propinare scilicet iuuentuti Christianas virtutes, simul cum lacte bonæ doctrinæ: ac propterea cupit eos iuuentuti Magistros præficere, à quibus doceatur, non minus dum illos conspicit, quàm dum audit; hoc est, qui non minus sanctæ suæ vitæ exemplo eam ad virtutem sequendam impellant, quàm scientia, & eruditione literis instruunt. Pueri enim facilius mouentur ad sequendum quod vident, quàm quod tantum audiunt: quare si Magister aliud dicat, aliud faciat; benè loquatur, sed malè agat: discipuli sequuntur malū, quod vident; parui facientes bonū, quòd ab illo audiunt. Huc spectat illa Plinij iunioris sententia: filium tuū trade Præceptori, à quo mores primū, mox Eloquentiam discat, quæ malè sine moribus discitur: & S. Bernardus de S. Malachia narrat, quòd cum inuenis esset, nunquam potuit persuaderi, vt cuiusdam Magistri scholam ingrederetur, eò quòd semel vidisset eum aliquid quod non decebat facientem. Quamobrem etiam P. Balthassar valde Magistris comendabat, vt attenderent, darentq; operam, vt discipuli præscriptum à Societate ordinem in ijs, quæ ad mores pertinent, exactè seruaarent; qui ferè est idem cum eo, quem Tridentinum concilium seruandum proposuit in suis seminarijs: ad quod etiam iuuaret, legere Tractatum sancti Bernardi de ordine vitæ, siue de doctrina puerorum; & si-

*Epist. ad Cæ-
relliam Hi-
spullam.*

Vbi supra.

S milem

milem, quem edidit Gerson de trahendis pueris ad Christum. Ac deniq; ob oculos illis ponebat ingens præmium, quod à Domino nostro tum hac vita, tum in futura poterant sperare: si enim temporalis infantium educatio illi est accepta. *d Exod. 1.20* remuneravit *d obstetrices Aegyptias*, eò quòd pueros, filios Hebræorum serualent à morte, quòd Pharaò Rex Tyrannus inferri eis iusserat: quòd tò magis remunerabit obsequia eorum, qui filiorum Christianorum curam gerunt, quos in virtutibus educant: operam dantes vt eos ab spiritali morte, quam Dæmon eis inferre molitur, escapiant?

A D confirmanda quæ diximus de cura & zelo Patris Balthassar, referam hic Caput quoddam litterarum, quas dedit ad Patrem Ioannem Bonifacium, qui huic ministerio se dedicauerat in quo exercendo vltra quadragiata annos cum magno fructu perseverauit, etiamsi Pater noster Generalis illum in initio ad studia Theologiae (ad quæ non vulgare talentum habebat) inuocaret. Nam pro humanitate illa sibi oblata gratia agens, eam tamen non admisit: hac igitur occasione Pater Balthassar hæc ad illum scripsit: *Societatis licitus eram de Electione à Patre nostro Generalis Reuerentiæ Vestræ oblata: sed magnum mihi fuit solatium, quod elegerit in isto ministerio pergere: in ea siquidem Professione cum maiori securitate R. V. operabitur suam & multo magis salutem, qua magis opus habet; quam in Societas ipsa eiusdem Theologia; ad quam societas standam, si desiderium altioris nominis, & Opus nominis impulerit, meminerit bonum esse, quod iam*

iam habet; illudque non debere à Religiosis quaeri, sed se ipsos abijcere: quod si illud eis expediat, dabit illud Altissimus, qui nouit humiles erigere, & extollere: quare talis R. V. in Societate habebitur, qui reiecerit, quod multi sollicitè quaerunt: cum illud in manibus suis haberet. Quod verò attinet ad hoc munus hinc vel alibi præstandum, ut non nocet, si Superioribus proponatur, ita absque vlla comparatione est melius, in vno loco cum magno suo solatio conquiescere, donec Deus Angelum suum mittat, qui serui sui mutationem ad locum alium instituat: ut saltem sic, qui vita sua approbet vitam Christi D. N. qui vbiunque eum Patris sui ordinatio cõstituebat, ibi persistebat, donec ab eiusdem ore audiret reuertere, à quo prius audiuerat, e fugere. Hanc veritatem credat R. V. ab eo, qui ex corde illam in Dño amat; & qui pro eiusdem bono libenter eius præsentia caret; bonoq; nomine & auxilio, quod ex tali Patre Collegium hoc Metinense habere potuisset. Hoc dicebat P. Balthassar, eò quòd Bonifacius tunc Abulæ doceret: sed opraret Merinã migrare, vbi ille erat Rector, cupiens sancta eius gubernatione frui: fidelis tamen Consultarius potius respexit bonum consulentis, quàm propriam utilitatem; cupiens omnes Societatis operarios, munijs suis cum magno solatio, & quiete attendere in loco, in quo Deus illos collocauit.

SE D, ut ad institutum nostrum reuertamur, nõ satis habebat Pater Balthassar, quòd Magistros ipsos ad suum munus rectè præstandum existimaret; sed specialem etiam curam gerebat ipsorum iuuenũ: quibus non solũ curabat fieri spirituales

exhortationes sextis Ferijs, iuxta Regulam
 præscriptum, sed ipsemet interdum eas habere
 capacitati quidem, & necessitati eorum accom-
 modatas: sed cum eodem spiritu, quo eas al-
 lios habebat: vt sic intelligerent, ad obtinendum
 quod quærebant, non satis esse Magistros habere
 bonos, eosq; multum laboris, ac industria
 adhibere, nisi & ipsimet iuuenes magnam animam
 ac diligentiam adhiberent. ad quod valde illos
 stimulabat, dicens: si vos tales eritis, quales me-
 to esse debetis, nec ipsæ quidem stellæ pulcherrimæ
 res & splendidiore in coelo apparent, quam
 eritis in terra. eritis enim tanquam stellæ in me-
 die, quarum si vel vnica in coelo conspiciatur, ma-
 gno adfert stuporem: ætas vestra tenera, amabile
 innocens, multisq; bonis referta, instar est sem-
 pitis, virtute continentis arborum ipsarum magnam
 ordinem: quam ob rem nunc discite, quod magnum
 vobis honorem, summam utilitatem, perpetuum
 solatium est allaturum. Conijcite oculos in pater-
 nos veteris, & noui Testamenti, ab infantia be-
 instructos, qui postea in viros valde sanctos ex-
 serunt. *Tobias cum esset iunior, nihil tamen parum
 gessit in opere, ac propterea timorem, & amorem
 Dei in medijs tribulationibus conseruauit. S. Ni-
 colaus, & S. Thomas ab ipsis maternis vberibus
 liquot coeperunt poenitentia & virtutis exerci-
 tium habere: & par est vos etiam à tenera aetate
 eandem viam aggredi. Et S. Timotheo scriptum
 Apostolus, ita grauius vitam tuam inlicitas, &
 adolescentiam tuam contemnat; sed fidem, & chari-
 tatem erga Deum serua: castitatem & puritatem
 erga te ipsum; humanitatem & integritatem in ser-
 uando*

§ Tob. 14.

g 1 Tim. 4.
 12.

his & conuersatione tua erga proximos: quare ab illis verbis abstinete, quæ vel irâ, vel impatientiâ, aut turpitudinem redoleant; prauas Societates euitate, quæ sunt proborum morum venenum.

HVIVSMODI consilia ac documenta tradebat iuuenibus; quos vt recollectiores seruaret, magisque piè addictos ad Virginem sanctissimam redderet, valde fouit eius Congregationes, quæ tunc erigi cœperunt in hac Prouincia; & Villæ-Gartiæ vbi studia hæc valde florere cœperunt, ipso ibidem Rectore, assignauit illis Sacellum quoddam templi nostri; in cuius superliminari scribi curauit sententiam illam ex Proverbij: *h Multa filia congregauerunt sibi diuitias: h Prou. 31.29 tu supergressa es vniuersas.* Valde ego mirabar affectum eius ac deuotionem, quæ huic rei attendebat, cum alijs grauissimis alijs occupationibus grauaretur.

§. II.

EODEM Zelo studuit etiam promouere munus tradendi pueris rudiq̃ue plebi doctrinam Christianam: quod Pater noster S. Ignatius tanti fecit, vt, ne abiret in obliuionem, aut contemneretur, voluit nominatim eius fieri mentionem in Votis solennis Professionis. Et constituit, vt Rectores Collegiorum primo muneris sui anno per dies quadraginta Christianâ doctrinam traderent, pro bono subditorum, qui in eo Collegio sunt, exemplo, & ad sanctum hoc Exercitium magis excitandum; & ipsis Professis idem fuit constitutum: vt intra primum Professionis annum per quadraginta etiam dies illam trade-

rent, probono initio eius quod in Professio-
sua obtulerunt. Quæ omnia illi fundamenta
nituntur: quod huiusmodi puerorum instructio
maximi sit momenti: quam ob rem etiam
Sess. 24. c. 4. Etum Concilium Tridentinum Episcopis com-
misit, vt curarent in singulis Parochijs saltem Do-
minicis & alijs festiuis diebus, pueros Fidei Ba-
dimenta doceri.

Hoc itaque Zelo permotus P. Balthassar, ma-
gni faciens hoc ministerium, ipsemet (præcipue
cùm esset Villa-Gartia) prodibat multis diebus
Dominicis ad vesperam cum pueris scholæ Paro-
chialis, & studiosis Collegij, cantando doctrinam
Christianam per plateas, aut iuuentutem ipsius
ordine suo deducendo: & in ipso foro, aut ad por-
tam alicuius Ecclesiæ valde suauiter pueris præ-
ponebat, eosq; interrogabat doctrinæ Christianæ
membra: ex quibus occasionem sumebat sermone
& exhortationem faciendi ad eonfluentem popu-
lum. Obseruauit aut ego cùm interdum illum imi-
tarer, semper aliquod admiscere punctum
amore Dei, & Perfectione pro ijs, qui ei obtempe-
randa studebant: aderant enim semper aliqui tales
illo Auditorio. Hoc ipsum etiã præstabat in iuribus,
cùm in aliquib. locis aliquantulum hæretice
Cũ Prouinciã Aragoniæ visitasset, transiit per
patriam Cerueram, paucis diebus, quibus in ea
commoratus, exhibat cum campanula in manibus
per plateas, vt pueros colligeret, & Christianam
doctrinam eos doceret, quod cùm in loco illo
nouum valde & inusitatum esset: omnes, qui illud
nouerant, mirabantur: quod vir ad eò grauis, offi-
cium exerceret ad eò humile: quod tamen ipse
humilis

humile, sed excelsum valde iudicabat: ideoq; illud exercere non dedignabatur. Quare eò liberius illud etiam alijs commendabat, vt magna cum diligentia illud obirent, & ita singulis septimanis semel ad scholas puerorum accedebat, & Villagartia mittebat nos binos ac pedites in diebus Dominicis ad vicinos pagos, vt inde ibi exerceremus: vt sic antiqui, & Tyrones ad Exercitium ad eò sanctum valde afficerentur.

CAPVT XXV.

*PROFECTIO ELVS ROMANA,
& fiducia in Deum, qua se ad eam disposuit, diuinamq; Prouidentiam, & Angelorum custodiam expertus est.*



VM P. Balthassar esset Collegij Metinensis Rector, electus est Anno 1571. in Congregatione Prouinciali Procurator huius Prouincia, iuxta morem Societatis: quo singulis triennijs eligitur aliquis quatuor Votorum Professor, qui sit tot Religionis, Prudentia & experientia dotibus ornatus, vt Prouincia tota merito possit illi sua negotia committere, vt praesens possit cum Patre nostro Generali ea tractare; ac deliberare, an necesse sit Generalem Congregationem cogere ad vniuersale totius Societatis emolumentum, cumq; ipse aliquot